

Illi, domum cum venisset,
grata requies fuisset.



Respirabat iam securus,
laetabatur fumaturus.



Recreatur otiosus
quietisque studiosus.
Fumum ut flet, affert facem;
fragor fit, qui turbat pacem.



Gustatorium perscissum
quoqueversus est diffissum
vasque plenum atramenti,
fornax, sella hic sedenti,
mensa atque arcula,
rupta sunt in frustula.



Fumus sensim evanescit,
miser brevi convalescit,
ustis surgit crinibus,
damnum tulit ignibus.



respirare, o durchatmen, sich
erholen
securus, -a, -um sorglos

recreari sich ergötzen
otiosus, -a, -um der Muße ergeben
fax, facis f. Fackel, hier:
 Streichholz
fragor, oris m. Krachen

gustatorium, i n. Schüssel
perscindere, o, zerreißen
 -scisi, -scissum
quoqueversus (Adv.)= 'in omnes partes
diffindere, o, zerspalten
 -fisi, -fisum
atramentum, i n. Tinte
fornax, -cis f. Ofen
arcula, ae f. Kästchen, Tabaks-
 dose
frustulum, i n. kleines Stück,
 Stückchen

sensim (Adv.) allmählich
evanescere, o verschwinden
damnum ferre Schaden davon-
 tragen

Vivus quidem lamentatur,
 semet ipsum miseratur;
 est mulcato similis,
 scholae nunc inutilis.
 Quisnam litteras fovebit
 atque liberos docebit?
 Estne, qui custodiat
 illos et erudiat?
 Unde coma crescat ei,
 subit color faciei?
 Nihil manet saucium
 praeter fumisugium.

semet
mulcare, o

verstärktes se
 zerbläuen

fovere, eo

hegen, pflegen

coma, ae f.
subire, subeo
saucius, -a, -um

(Haupt-)Haar
 hier: sich ein-
 stellen
 verwundet,
 beschädigt



Hoc nequissimi fecerunt
 nec magistro pepercerunt.

nequissimus

Superlativ zu nequam,
 nichtnützig